



PRAEFATIO

Si perit morte animus, ut falso censuit Epicurus, nihil habet fama, quod ei conferat. Sin vivit corporea mole dimissa, aut miseram accipit sortem, aut felicibus admiscetur spiritibus. Miseriae nulla inest voluptas, vel fame quidem; beatorum plena felicitas nec laude mortalium augetur, nec vituperio com-minuitur. Quid est igitur, quod tantopere boni nominis gloriam quaerimus? Fortasse qui purgantur animi, dulcedinem aliquam hauriunt relictæ in terris fame?

At sentiant contentiosi de mortuis, quicquid libuerit, dum viventes oblectari gloria, quae adest, et que post obitum futura speratur, minime negent! Haec est enim, quae clarissimas alit mentes, et ultra spem vitae celestis - quae cum advenerit, nunquam finietur - humanum fovet ac recreat animum, precipue vero pontificis Romani, quem in terra viventem omnium fere lingue vituperant, mortuum laudant. Martinum Quintum vidimus et Eugenium Quartum et Nicolaum item Quintum et Callistum Tertium, quos, dum vixere, damnavit populus, fato defunctos magnis extulit praeconiis. Sequuntur vicarii suum dominum: Salvatorem Christum, dum vixit inter homines, demonium habere dixerunt, pendentem in cruce mortuum Filium Dei recognoverunt. Non est servus maior domino suo. Non parcat Pio Secundo pontifici maximo lingua dolosa, quae tot Christi vicariis et ipsi Christo non pepercit. Accusatur, reprobata, dum vivit inter nos Pius Secundus; extinctus laudabitur et desiderabitur, cum haberi non poterit. Cessabit invidia post obitum, et sublatis, qui iudicia pervertunt, privatis affectibus vera resurget fama, Piumque inter claros pontifices collocabit.

Interea nos de pontificatu suo historiam scribemus. In cuius fronte non ab re fuerit pauca de origine suae familie atque de his, quae ante apostolatam ab eo gesta fuerint, quam brevissime praemittere, ut intelligant posterit, quomodo Aeneas Silvius antea dictus ad Beati Petri cathedram pervenerit, et Pii Secundi nomen assumpserit.

Tu, qui haec aliquando legeris, ita demum boni constile, ut mentienti nihil ignoscas!

PROLOOG

Als de ziel sterft met het lichaam, zoals Epicurus ten onrechte heeft gesteld, wint zij niets bij aardse faam. Maar als zij, van lichaamslast bevrijd, blijft leven, is óf een ongelukkig lot haar deel óf voegt zij zich bij de gelukkige geesten. Ongeluk kent geen enkel genot, zelfs niet van aardse faam. Aan het volkomen geluk der zaligen wordt niets toegevoegd door de waardering van mensen, noch wordt het door hun afkeuring minder. Waarom streven wij dan toch zo verbeterd naar een roemvolle naam? Putten misschien de zielen die gezuiverd worden enig genoeg uit de roem die zij op aarde hebben achtergelaten?

Laten zij die graag redetwisten over de doden beweren wat zij willen, mits ze maar niet ontkennen dat de levenden genieten van hun roem, die ze vergaren tijdens hun leven op aarde, en die waarop zij hopen na dit leven. Zij is het immers die de meest nobele geesten voedt en buiten de hoop op het hemelse leven – dat eenmaal begonnen nooit zal eindigen – de menselijke geest goedgeeft en verkwikt.

In het bijzonder geldt dat voor de paus van Rome, die, zolang hij onder de levenden verkeert, door bijna iedereen verguisd wordt, maar na zijn dood geprezen. Wij hebben Martinus V gezien, Eugenius IV, Nicolaas V en Calixtus III: tijdens hun leven werden ze door de mensen veroordeeld, na hun dood met lofprijzingen overladen. De plaatsbekleder volgt zijn Heer: van Christus, onze Verlosser, dacht men, zolang hij onder de mensen verkeerde, dat hij van de duivel bezeten was, maar toen hij dood aan het kruis hing, erkende men hem als de Zoon van God. De dienaar is niet groter dan zijn heer. De verraderlijke tong die zoveel plaatsbekleders van Christus en Christus zelf niet heeft gespaard, zal ook paus Pius II niet sparen. Pius II wordt beschuldigd en misprezen, zolang hij onder ons leeft. Na zijn dood zal men hem prijzen en wanneer hij er niet meer is, zal men hem missen. Na zijn heengaan zal de naijver verdwijnen en wanneer persoonlijke gevoelens die het oordeel vertroebelen uit de weg zijn geruimd, zal de werkelijke verdienste van Pius aan het licht komen en hem een plaats geven onder de pausen met een grote naam.

Intussen zullen wij de geschiedenis van zijn pontificaat schrijven. Wellicht is dit het juiste moment om bij wijze van inleiding heel kort iets te vertellen over de oorsprong van zijn familie en wat Aeneas gedaan heeft, voordat hij paus werd. Hieruit zal het nageslacht begrijpen hoe hij die eerst Aeneas Silvius heette op de zetel van de heilige Petrus terecht is gekomen en de naam van Pius II heeft aangenomen.

U die dit alles eens zult lezen, toon uw welwillendheid in even grote mate als waarin u geen vergeving zou kennen jegens iemand die liegt.

